



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Abbatis Et Fratribus sancti Benedicti super Ligerim.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

chis amplexamur, & exhortamur in Dominō quatinus ad ea quae prædiximus piūm habeas cum devotione reip̄ecum. Nec putes quod illa dixerimus in favorem præfati Comitis, qui per illud horribile facinus quod in patrem & dominum suum iniquè commisit, favorem demeruit, nec ob gratiam Templariorum, quos magis volumus in suā religionis puritate perfidere quam adversum te hostiliter dimicare. Sed prudēti consilio ista pensavimus propter necessitates urgentes, ut communis utilitas præferatur. Quocirca modis omnibus expedit & oportet ut si etiam dictus Comes ad sequestrationem castelli non posset induci, cūm ad eam non possit forsan de jure compelli, treugā nihilominus fiant & firmiter obseruentur donec hujusmodi controversia mediante iustitia terminetur; ad quam utique sopiendam virum prudentem, sicut prædiximus, cum Dei auxilio curabimus destinare, per quem testes qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, compelli mandabimus perhibere testimonium veritati. Si qua verò partium tam necessario & sano consilio noluerit acquirescere, per censuram ecclasiasticam & tam per indigenas quam etiam peregrinos eam præcipimus coērceri. Datum Viterbij 11. Non. Iunij, pontificatus nostri anno duodecimo.

*ABBATI ET CONVENTVI
sancti Benedicti Floriacensis.*

Quoniam per administrationem im-
providam & dissolutam incuriam
prælatorum pro alienationibus illicitis fac-
tis ab ipsis quamplures Ecclesia in tem-
poralibus non modicum sustinent detri-
mentum, nobis, quibus est Ecclesiarum
omnium sollicitudo commissa, ex officij
debito pastoralis incumbit post caufam tal-
iter vulneratam remedium competens in-
venire, quod obducere possit & debeat
hujusmodi vulnerum cicatrices. Cūm igi-
tur à nobis duxeritis postulandum ut revo-
candi ea quae de bonis Ecclesia vestra per
Abbes ejusdem illicite alienata furentur
vel concessa in ejus præjudicium & grava-
men vobis auctoritatē tribuere dignare-
mur, nos vestris precibus inclinati, vobis
duximus concedendum ut ea quae ab ipsis
Abbatibus inveneritis alienata illicite vel
concessa vobis liceat ad jus ipsius appellati-
one remota legitimè revocare. Nulli ergo &c. hanc paginam nostræ concessio-
nis infringere vel ei ausu temerario con-
traire. Si quis autem hoc attentare præ-

sumperit &c. usque incursum. Datum
Viterbij Nonis Iunij, pontificatus nostri
anno duodecimo.

E I S D E M.

Splet annuere sedes apostolica piis vo-
tis & honestis petentum precibus fa-
vorem benivolum impertiri. Eapropter,
dilecti in Domino filij, veltris justis postu-
lationibus grato concurrentes assensu,
compositionem inter vos ex parte una &
bonæ memorie Willelmum Archiepisco-
pum & Capitulum Senonense ex altera su-
per Ecclesia de Lorioaco inigam & scriptis
authenticis roboratam, sicut sine pravita-
te providè facta est & ab utraque parte
sponte recepta, & in eisdem authenticis
plenius continetur, auctoritate apostolica
confirmamus & præsentis scripti patroci-
nio communimus. Nulli ergo omnino ho-
minum licet hanc paginam nostræ con-
firmationis infringere vel ei &c. usque in-
cursum. Datum Viterbij 111. Kal. Iu-
nij, anno duodecimo.

*Epiſt. 47.
Confirmatur
compositio fa-
cta cum Ar-
chiepiscopo
Senonensi.*

*ABBATI ET FRATRIBVS
sancti Benedicti super Ligerim.*

In litteris felicis recordationis Alexan-
dri Papæ prædecessoris nostri hæc de
verbo ad verbum perspeximus contineri.
ALEXANDER Episcopus servus ser-
rum Dei dilecti filii Abbati & fratribus
sancti Benedicti super Ligerim salutem &
apostolicam benedictionem. Quod aliqua
necessitate instante noscitur institutum, &
postmodum necessitate cessante debet &
quod ejus gratia est inductum simili modo
cessare. Hac siquidem considératione pro-
vocati, & Ecclesia vestra, quæ propriè
beati Petri juris existit, tranquillitatē &
pacis in posterum præcavere volentes, au-
toritate apostolica duximus statuendum
ut licet Archiepiscopi aut Episcopi prop-
ter præsentiam nostram aliquod onus ad
præsens obedientiis vestris imponant, nul-
li eorum fas sit posthac occasione illa
contra antiquam consuetudinem vestram
à fratribus vestris per obedientias consti-
tutis alias exactiones imponere aut quid-
libet ab eis exigere. Datum Senonis vi.
Idus Martij.] Quod igitur ab ipso præde-
cessore nostro provida fuit deliberatione
statutum ratum & firmum habentes, ad
exemplar ejusdem illud præcipimus invio-
labiliter observari. Datum Viterbij 111.
Kal. Iunij, pontificatus nostri anno duo-
decimo.

*Epiſt. 48.
Confirmatur
compositio fa-
cta quoddam
privilegium
"Alexandri
Pape."*